¶ Sacerdotale. De Sacerdotis curati munere, ad animaruz curaz, & ſacramentorum exhibitionem, atque aliarum eccleſiarum vſus accommodatum.

Proemium.

Aluator noſter dominus Jeſus Chriſtus, qui tanquaz verus ſamaritanus deſcendens ab celeſti Hieruſalem, & Hiericho, id eſt humani generis defectui & miſerijs appropinquans, Luce. 10. cap. curationi eius alligamenta adhibuit: quia contra originalis & actualis peccati vulnera, quibus ſaucium erat, ſacramentorum remedia inſtituit, & ordinauit. Que quidem.

HEc dicit dñs deus de paſtoribus Iſrael: quia paſcebãt ſemetipſos. Nonne greges a paſtoribus paſcuntur? Lac comedebatis: & lanis operiebamini: & quod craſſum erat occidebatis: gregez autẽ meum non paſcebatis: quod infirmum fuit non conſolidaſtis: & quod egrotum non ſanaſtis: quod confractum eſt non alligaſtis: & quod abiectum eſt non reduxiſtis: & quod perierat non queſiſtis: ſed cum auſteritate imperabatis eis & cum potentia. Et diſperſe ſunt oues mee: eo quod non eſt paſtor: & facte ſunt in deuorationez. Propterea paſtores audite verbum domini. Hec dicit dominus deus. Ego ipſe ſuper paſtores requiram gregem meum de manu eorum: & ceſſare faciam vt vltra non paſcant gregem meum: nec paſcant amplius paſtores ſemetipſos. Ezech. xxxiiij.